



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Moralitate, Natvra, Et Effectibvs Actvvm
Svpernatvralivm In Genere Et Fide, Spe, Ac Charitate,
Speciatim**

Coninck, Gilles de

Antverpiae, 1623

Ad Bellam Avthoris Patriam Ode.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79645)

Cortinis sacra condita æternis,
 Naturâ ingenij stupente sætum,
 E sublimibus eruis tenebris,
 Te tua erudit, CONINGE, BELLA;
 Te, quæ CREDERE, quæque AMARE monstras,
 Quæ SPERARE, CONINGE, quæ cauere,
 Quot demum sacra lucubrationes
 In lucem dare iusserit Sophia,
 Te tua erudit, CONINGE, BELLA.

Nec vis abnuere, aut potes CONINGE.
 BELLÆ candor hic, ingenique vis est,
 Quæ viua nihil indigens lucerna,
 Litura nihil, indigensue lima,
 Mutuo sale condiunt volumen.

Certat gratia. BELLA das alumno,
 Alumnus tibi quod decus refundit.
 BELLA sic dare perge sic alumnis,
 Alumni tibi quod decus refundant.

AD BELLAM AVTHORIS PATRIAM

Ode.

Q Valis remoto celsus in æthere,
 Vterice vindex nube Diespiter
 Terras nefasque cum solutis
 Hydrochoi ruit omne claustris,
 Vnus sacratæ Phocidos, impie
 Immunis vnde duplici mons iugo,
 Quo Pyrrha staret saxei que
 Deucalion generis propago:
 Sic pulsa vastis DIVA penatibus
 Sæuo potentum Marte Quiritium
 Dum victor ambit Cæsar, orbem
 Ausonijs Aquilis maritans,
 Victrix in arcem BELGICA constitit
 Collecta pugnum, qua viget aureo
 Ter bella BELLA nata celo,

*BELGIOLVM patiens vocari.

Ad prima fausti murmura Nominis
 Plausere Diui, non aliter Poli
 Contracta quàm dum fraude doctâ
 Astra breui stupuere vitro,
 Citòsque paruum tramite non suo
 Solem iugales flectere, & imparem
 Crystallino Phœben flagello
 Artifices agitare bigas.
 Nec leta deérant fatidici Iouis
 Oracla, certo carmine posthumis

*Bellaolim
 dicta Bel-
 giolum,
 quod vnicū
 contra Cæ-
 sare[m] Bel-
 garum per-
 fugium.
 Grammay
 in Urbib.
 Flandr.

Cantata

Cantata seclis, nec perennans
BELGIOLO decus omne BELGI.
Testis tuarum Livius Urbium
a MEYERES; & orbis Pindarus Attici
Ac Sequana stupor b STRALESI;
Tuque Themis moderator almae
Miti refringens seuitiem c ROSA;
Cursuque d BOLLI nobilis Indico;
Et e TORREORVM docta longis
Gesta Trium memoranda fastis.
Et tu vetusta gloria Curiae,
f GVILELME Flandris Confus; & inclytæ
g IYDOCE fidus Calatranae,
Hesperij columenque regni.
As h NERVIAE non immemor INFVLÆ,
ÆGIS loquaci Gorgone, præuiam
Secuta cum Diuis Minervam,
ÆGIDIVM, ÆGIDIVM reclamet?
Festâ Cytheron voce reciprotat,
MAGNVMque plectris ÆGIDIVM sonant
Cum Gratijs chorus Dearum
Sicelidum numerosorum.
Quid BELLA cessas? Solue silentium,
Et inqVILINVM pectine Delio
PHOEBVM, eruditamque Enthearum
Hanc CHARITVM venerare TRIGAM;
Quâ vectus arces siderias, nouo
Coruscus igni transvolat, & super
Molitur audax irreperiti
ÆGIDIVS noua signa cursus:
Quò nec Prometheus, nec vagus Hercules,
Nec ipse fuluam Iuppiter orbitam,
Sed & Saturni perosus,
Tentet iter Superis negatum.
Hac scande felix, quâ TVVS inuium
Te BELLA PHOEBVS tollet in athera,
Polosque præteruecta, terris
BELGIOLVM renues vocari.

a IAC. MEYER. Histor.
 Fland.
b ROBERT. STRALEN,
 Græc litter. Profess.
 Parisijs.
c FRANC. ROSE, Mag.
 Libell. & Consil. Par-
 lam. Mechlin.
d PET. BOLL. Soc. Iesu à
 Greg. XIII. in Indias
 missus.
e FRANCIS. IOAN. PHIL-
 LIP. VAND. TORRE va-
 riè docti.
f GVILLEL. COREN-
 HVYS Eques & Præfcs
 Concil. Flandrie.
g IYDOC. CORTEVVIL-
 LE Equ. Ord. Calatr. à
 secret. Conc. Stat. &
 secr. Philip. II. & Gra-
 phiar. Ord. aur. veller.
h PET. PONTAFLOV-
 RIVS Episc. Tornac.

REVE-